

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5191

**Auteur(s) :** Lucius III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Gautier de Coutances, Rouen (archevêque)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1184, 16 octobre-1185, 16 octobre]

**Lieu d'émission :** Vérone

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Lucius [III] écrit à Gautier, archevêque de Rouen, sur des sujets concernant l'administration de sa province ecclésiastique.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 252, p. 346-347.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 15282, t. 2, p. 480.

## Dissertation critique

Le 16 octobre 1184-1185 : datation proposée par J. Ramackers.

Texte établi d'après a

LVCIVS episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Gualtero Rothomagensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum in archiepiscopatu tuo plura contingant, que correctione indigere noscuntur, nostras tibi duximus litteras transmittendas firmiter estimantes, quod ad mandatum apostolicum ad implendum tanto magis promptus existes, quanto ad rationem reddendam amplius te conspicis obligatum. Eapropter auctoritate tibi apostolica indulgemus, ne monachos solos, unum scilicet aut duos per uillas et parrochiales ecclesias extra conuentum in prouincia tibi commissa manere permittas, sed eos ad claustrum reuerti appellatione remota compellas. In ecclesiis autem eorum honesti presbiteri statuuntur, qui curam habeant animarum et monachis de temporalibus, quantum ad eos pertinet, respondere fideliter teneantur. Priores uero conuentualium prioratum contra statutum Lateranensis concilii amoueri sine causa rationabili non permittas. Constituimus etiam, ne filii parentibus in ecclesiis succedere ualeant neque in eis, quas post ordinationis tue tempus intrauerint, per appellationis diffugium se tueri, salua sedis apostolice indulgentia, quam circa eorum aliquem pro bonitate persone duxerit exercendam. Preterea quoniam sacris canonibus obuiat, ut inter plures una parrochialis ecclesia diuidatur aut unus pluribus presit, auctoritate apostolica prohibemus, ne in duabus parrochialibus ecclesiis et matricibus

unus presbiter tantum ministret, sed singule singulos habeant sacerdotes, nisi forte adeo modice fuerit ecclesia facultatis, quod uni presbitero cum seruatoribus necessariis sufficere minime uideatur. Presenti quoque scripto statuimus, ut in tui archiepiscopatus ecclesiis non nisi presbiteros uel tales, qui in proximo ad sacerdotium ualeant promoueri, uicarios ordinari permittas, quibus per prouidentiam tuam sustentationem honestam precipimus de ipsarum ecclesiarum prouentibus assignari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, constitutionis et prohibitionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Dat. Veron. XVII kal. nouembr.